

gis magisq; cultâ firmataq; amicitia me-
cum conjuncti estis , plerorumq; etiam
tantis obligatus sum beneficiis, ut in illo-
rum meare esse, nec dissolvere posse lu-
bens fatear. Quamobrem etiam atq; et-
iam rogo, chartaceum hoc munusculû,
non quale vobis debebatur, sed quale ego
mittere potui, ita accipiatis, ut sit perpetu-
um meæ in vos observantiæ studiîq; spe-
cimen ac monumentum, meq; juxta ac
meos eadem de cætero, quâ ante hanc di-
em, benevolentia & favore constanter
cohonestare dignemini. Dabam LU-
BECÆ ex meo $\Phi\epsilon\sigma\upsilon\tau\iota\sigma\eta\gamma\iota\omega$ a. d. VII. Idus
Januarias ineuntis anni CHRISTI cdo
 Ibc LIII. quem unâ cum plurimis con-
sequentibus omninò candidum, &, uti
poëtæ loquuntur, terq; quaterq; felicem
Ecclesiæ Christianæ, Rei q; publicæ &
vobis omnibus, vestris deniq; uxoribus
ac liberis à carcere, quod dicitur, ad me-

b

tam